



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XXVIII. Professae castitatis praeuaricatoribus poenitentia consulendum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

fionis proposito professi fuerint castitatem.

XXIII.

Si quis autem post acceptam benedictionem Leuiticam cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio abiiciatur.

XXIV.

Concilio
Taurin.
Can. &

De his autem qui prius ordinati hoc ipsum inciderunt, Taurinatis Synodi sequendam esse sententiam, qua iubentur non vltius promoueri.

XXV.

De idoneis autem, & probatoribus viris, quos clericatui alligari ipsa vitæ gratia suggerit, si forte inciderunt duplicata matrimonia, non vltra subdiaconatum ecclesiasticas capiant dignitates.

XXVI.

Diaconæ omnimodis non ordinandæ: si quæ iam sunt, benedictioni quæ populo impenditur capita submittant.

XXVII.

27. q. 1. Vi-
duitatis ser-
uandæ.

Viduitatis seruandæ professionem, coram episcopo in secretario habitam, imposita ab episcopo veste viduali indicandam. Raptorem vero talium, vel ipsam talis professionis desertricem, merito esse damnandam.

XXVIII.

In vtroque sexu desertores professæ castitatis præuaricatores habendi, & his omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum.

XXIX.

Hæc quæ subscripsimus, cum eorum quoque